Fragmentarium

In illo tempore. Miserunt principes et pharisei ministros, ut apprehenderent
ihesum. Dixit ergo ihesus. Adhuc modicum tempus vobiscum sum. et vado ad
eum qui misit me. Queretis me et non invenietis. et ubi sum ego, vos
non potestis venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus
est. quia non inveniemus eum. Numquid in dispersione gentium iturus est. et
docturus gentes. Quis est hic sermo quem dixit. queretis me et non
invenietis. et ubi sum ego. vos non potestis venire. In novissimo
autem die magno festivitatis. stabat ihesus et clamabat dicens.
Si quis sitit. veniat ad me et bibat. Qui credit in me. sicut dicit
scriptura. flumina de ventre eius fluent aque vive. Hoc autem
dixit de spiritu. quem accepturi erant credentes in eum. OF Domine
convertere et eripe animam meam salvum me fac propter misericordiam tuam. V Do
mine ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me. V Miserere
mihi domine quoniam infirmus sum sana me domine quoniam conturbata sunt om
nia ossa mea. Secr.
Concede nobis domine deus noster: ut hec hostia salutaris. et nostrorum fiat
purgatio delictorum. et tue propiciatio maiestatis. CO. Dominus
virtutum ipse est rex glorie. Compl. Sacramenti tui
quesumus domine participatio salutaris. et purificationem nobis prebeat et
Da quesumus domine populo tuo salutem mentis et cor Supp. medelam. per
corporis. ut bonis operibus inherendo. tua semper mereatur protectione
Expecta dominum viriliter age et confortetur cor Fr. III ne defendi. per
tuum et sustine dominum. Dominus illuminatio mea et salus mea quem timebo. OR.
Nostra tibi domine quesumus accepta sint ieiunia que nos et expiando gratia tua
dignos efficiant. et ad remedia eterna perducant. per. Lc. Danielis prophe.
In diebus illis. Congregati sunt babylonii ad regem. et dixerunt ei.
Trade nobis danielem. qui bel destruxit. et draconem interfecit. alioquin
interficiemus te et domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum
vehementer. et necessitate compulsus. tradidit eis danielem. Qui

BIBLIOTHEQUE ROYALE

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9488, 18r – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-xlae/2937/33080)